

Pecccatorum origo.

humilians et amor male inflammās. Triplex fomen-
tum est concupiscentia carnis et oculorum et super-
bia vite. Septiforme caput est superbia inuidia/acci-
dia/ira/avaricia/gula/luxuria. Inter que sunt q̄ nos
peccata spiritualia & duo carnalia. Cū autē peccatum
mortale nō sit aliud ḡ recessus a deo per ipsius cōtē-
ptum in se vel in suo precepto. Cōtempt⁹ autē dei sit
superbia. Igitur necesse ē vt oīs peccati mortalis cul-
pa sumat initium a superbia. Quia vero null⁹ cōtēnit
deum vel suum p̄ceptum nisi quia aliqd ab ipso timet
perdere aut vellet acquirere. Ideo oīs q̄ omne p̄ctū
actuale trahat originem ab hac duplici radice aut a
moris aut timoris. Omnis autem timor habet or-
tum ab amore quia nullus timet perdere nisi quod a-
mat et ideo amor & timor ab eodem fouentur. Et q̄a
amor in ordinatus est respectu boni temporalis et il-
lud est interius extollentia et exterius pecunia infe-
rius lasciuia carnis. Ideo tria sunt fomenta peccato-
rū & viciorū actualium et radicalia duo ad que dū
quia inordinate fertur omnia peccata actualia inordi-
natur. Et quia hoc fit secundum septiformē modū iō
sunt septem peccata capitalia ex quib⁹ generatur di-
uersitas peccatorum.

Pecccatum in spiritum sanctum

Quamuis oē peccatū sit extra deum trinum et
vnum appropriatur tñ aliquod p̄ctū esse impa-
trema liquod in filium et aliquod in spiritum sanctū.
CPeccatum autē in spiritū sanctum est iremissibile

Peccatum in spiritum sanctum

in hoc seculo et in futuro. Non quia in hoc sicut non possit dimitti sed quia non dimittitur nisi raro aut vir in hoc seculo quantum ad culpam et modicum in futuro quantum ad penam. Huius autem peccati sex sunt differentiae Inuidia fraterne gratie. impugnatio veritatis: agnitione. desperatio. presumptio obstinatio: finalis impunitia Primum est contra caritatem dei. in quantum dolet quod dominus deus est bonus: qui etiam bonitate sua dat gratiam et est contra caritatem proximi. Secundum est contra veritatem fiduci que est fundamentum nostrae salutis Tertium est contra animam dei. quia credit se propter peccasse quod deus possit parcere. Quartum est contra iusticiam dei: quia tantum presumit de misericordia dei: quod credit se non debere punire de peccatis: et per hoc se relaxat ad peccandum et penitente non curat. Quintum est contra gratiam penitentialem que facit resiliere a peccatis commissis Sextum est contra gratiam penitentialem que facit praeauere a committendis secundum quod ipsa finalis in penitentia dicitur propositum non penitendi sic enim est species peccati in spiritu sanctu in secundum autem quod finalis impenitentia dicit confirmationem peccati usque in finem: sic est sequala omnium mortalium peccatorum que in hac vita non remittuntur Et si omne peccatum initium sumit a superbia et finem habet a finali impenitentia in quam qui deuenit punitur in gehenna a qua finali impenitentia nullus pecans mortaliter potest liberari nisi interueniat gratia mediatoris christi.

Peccati descriptio.

Cap. xxvi